

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXXIX

urn:nbn:de:bsz:31-97032

que aliunde importatae infodiantur. Visum illis deſcribit Aristot. at Gesnero liquido apparent oculi. Primum inquit, inquit, extra cutim veluti puncta nigra, magnitudine ſeminis milii, vel papaveris, nero affixa. Quia & doctus quidam apud Geſnerum vir, in diſiecta ſcruſo aliquo ſe reperire narrat, majusculis capitibus, in quibus etiam oculi. Deleſtantur bufonibus, & proprio exemplo teſtatur Albertus: ſed ranas etiam bufo neſque talpam edere mortuam, idem expertus eſt. In ſiftula lachrymali pulvere talpæ uſta in potu dato, curatus eſt Johannes à Verlin Consul Gedanenſis.

C A P U T . X X X I X .

D E T A T O & T I G R I D E .

Tatus quadrupes peregrina. Duro munita eſt cortice, squammataque testa, ita ut facile caro ejus eximi possit. Vidimus eam primo Andreapoli Scotorum, urbs archiepiscopalı, antiquissima Academia inſigni, in Pinacotheca nobilis & humanissimi viti Domini Iohannı Arneti Commissariatus in Archiepiscopatu Fani Andrea Protonotarii, hospitis noſtri. Quia vero ſe intra teſtam tetrahit, Erinacei Brasiliensis species exiſtimatur, cognatū ei illud, quod in nova Hispania Avitochli dicitur, felis magnitudine, anatis roſtro, pedibus Ericii, collo longo; grunire referunt ut ſuem. De Tigride paucā habeo quae dicam, niſi historiam Petri Martyriū adjicere velim, de quodam in Dariene novi orbis iuſta. Infestabat totam viciniam homicidiis adeo, ut nemo extra domum tutus; ſcobi poſt effoſſe illapsus, ſudibus acutè in fundo fixis hæſit; tam adhuc validus, ut in mille fruſta haſtas deſuper injeſtas confringeret. Saxis tamen poſt interemptus eſt. Cato cocta, aliiquid de ea ſe comedisse Ledesma Hispanus dixit, bovina nihil deteriorem fassus. Alias celeritas illi inſignis ineſt, ut Zephyro comparetur ab Oppiano.

CAPUT